RITUALE MIT BREVIERTEXTEN
Entstehungsort unbestimmt, 1578 Seite 70r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Suscipiat vos deus et domi Oratio.
nus noster Jesus christus in con
sortium electorum suorum. hic ca
pitibus eorum imponat manum dicens.
Et nos suscipimus vos in nomine eius.
edocti monitis ipsius. in manus et orationes
ac consortium vere fraternitatis et charitatis.
vt ipse corda nra et mentes nras in sancto ser
uitio suo faciat vnanimes. qui nos ad hunc
diem concessit peruenire incolumes. Qcdp.
Deinde cum aqua benedicta eos aspergat
et participes eos faciat omnium spiritu
alium bonorum dicen. Participes et con
sortes omnium bonorum faciat vos omnipo
tens et misericors dominus. Amen.
Et quantum in nobis est. participes vos fa
cimus orationum et aliorum bonorum omnium.
Deque deus per nos dignabitur operari. Amen.
Deinde commendet eis conuentum et
dicat quid pro defunctis de conuentu facere
debeant. scilicet Si presbiter est et per
ceperit obitum fratris alicuius legat
missam vnam. Ceteri vero viri vel mu
lieres dicant triginta Pater noster.